



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 124. Tridentini Concilii diploma confectum, ac promulgatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. *Crucem incedere soliti, cum viderent post  
 A.C. 1560. eam sequi Episcopos, & post hos Ducem  
 Florentinum inter duos minores Cardinales,  
 hunc quoque sibi locum deposcebant, inde-  
 que rerum perturbatio secuta, quam Papa  
 ut compesceret, post aliquam altercationem,  
 locum ipsis inter se, & Cardinales, qui  
 ipsum præcedebant, designandum curavit.*

## §. CXXIV.

*Tridentini Concilii diploma confectum,  
 ac promulgatum.*

*Pallav. c. 17.  
 n. 5. & 6. Postquam jambo Cardinales Sarazenus,  
 Leure de & Puteus, qui antea Jubilæi literas  
 Mr. de l'Isle confecerant, pariter Tridentinæ Synodi  
 Ambass. de diploma formaverant, illud etiam die  
 France a vigesima nona Novembris in Patrum  
 Rome du 15. Senatu prælectum ab omnibus Cardi-  
 Janv. 1562. nalibus*

romæo Pontificis ex Sorore Nepoti, noluit  
 litem ibi de loco agitare: Ceterum Oratores  
 pro more Umbellam digniores prius sustinere,  
 alii, aliique subinde, quin reperio in solempni  
 Cosmi Ducis ingressu Romam, cum ad urbis  
 portam a Sanctæ Floræ, ac Ferrariæ Cardina-  
 libus exceptus esset, deductusque inter ipsos  
 medius ad Vaticanum, obviam illi processisse,  
 quotquot erant apud Pontificem Principum  
 Oratores, eundemque post exhibitam ab eo  
 in Aula Regia obedientiam Pontifici, ab ipso  
 una cum omnibus Cardinalibus convivio ex-  
 ceptum fuisse, dato illi penultimo subsellio.



nalibus fuit approbatum, in eo tamen **Sæcul. XVI.**  
 hæ voces: *Continuata Synodus*: nonnul- **A.C. 1560.**  
 lis exofæ caute reticebantur, hinc pro  
 illis subrogabantur alia idem ferme si-  
 gnificantia verba; narrabatur enim,  
 quod Tridenti plura fuerint condita de-  
 creta primo sub Paulo III., ac postea re-  
 staurata Synodo sub Julio III. inde vero  
 Concilii suspensio fuerit suborta, quæ  
 tamen nunc submoveretur: ex his au-  
 tem verbis sat aperte declaratum, quod  
 priora decreta in eadem vi, atque effi-  
 cacia relinquerentur, quam decreta  
 cujuscunque Oecumenicæ Synodi ad-  
 hucdurum durantis obtinere valerent.

## §. CXXV.

*Pii IV. Pontificis diploma pro Synodo  
 Tridenti celebranda.*

Percipiamus, quibus verbis conceptum *Lable Conc.*  
 fuerit hoc diploma, cui præfixa *coll. 1. 14.*  
 erat hæc sequens inscriptio: *Bulla celebra-* **p. 835. & seq.**  
*tionis Concilii Tridentini sub Pio quarto  
 Pontifice Maximo. Pius Episcopus, ser-  
 vus servorum Dei, ad futuram rei memo-  
 riam. Ad Ecclesie Regimen, licet tanto  
 oneri impares sola Dei dignatione vocati,  
 statim circumferentes mentis oculos per omnes  
 reipublicæ Christianæ partes, cernentesque  
 non sine magno horrore, quam longe, late-  
 que pestis hæresum, & schismatis pervasis-  
 set, & quanta Christiani populi mores cor-  
 rectione*